









20  
B 280

PROBLEMA JURIDICUM,  
CONTINENS  
C A S U M  
THEORETICO-PRACTICUM,  
EX MATERIA  
S U B S T I T U T I O N I S  
QUASI-PUPILLARIS  
S I V E  
EXEMPLARIS  
DE PROMPTU M,  
SINGULARIQUE METHODO,  
b. e.  
per succinctas ANNOTATIONES,  
formatas QUÆSTIONES & Responsiones,  
itemque  
OBJECTIONUM nōnullarum Solutiones,

elaboratum,  
atque subnexa in calee

SUMMARIA CASUS DECISIONE  
pariter &

usu HODIERNO,  
Speciminis Loco exhibitum

JOANNE ELIA Ringmacher,  
Ulmensi.



Facilius res est, Legum secundum genuinum ipsarum sensum accurata Interpretatio:  
Difficilior, earundem ad Casus recentis quotidie emergentes aqua atque iusta applicatio!

LIPSIÆ, Typis BAUCHII.

SCHEMAMATRICUM  
C A V I M  
TUTORIACALCULIS  
S U B S T I T U T I O N I S  
G R A D U I P E N I T A R I A S  
E X C R E M P L A R I S  
L E T T R A T I O N E S  
P U T A T I O N E S  
O F F I C I O N E S  
B A S I S H O P I A L I O N E S  
A R T I C U L A T I O N E S  
S U B S T I T U T I O N E S

VIRIS  
IN  
INCLYTA ET LIBERA  
S. IMPERII ROMANO-GERMANICI  
REPUBLICA  
VLMENTSI  
PER ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, MAGNIFICIS, MAXIME STRENUIS, PRENOBILIS SIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSLIMIS,  
DOMINIS  
DUUMVIRIS,  
CONSULIBUS,  
CETERISQUE  
SANCTIORIS CONSILII  
ADSESSORIBUS  
GRAVISSIMIS, SPECTATISSIMIS,  
PATRIBUS PATRIÆ OPTIMIS, MAXIMIS,  
PIETATE ERGA DEUM, FIDE IN CÆSAREM,  
MERITIS IN REMPUBLICAM,  
MULTISQUE ALIIS VIRTUTUM NOMINIBUS  
OPPIDO QUAM CONSPICIBUS ATQUE  
ILLUSTRIBUS,  
DOMINIS, PATRONIS ET MECOENATIBUS  
GRATIOSISSIMIS, PROPENSISSIMIS, MUNIFICENTISSLIMIS  
PROBLEMA HOCCE JURIDICUM  
IN  
DEVOTISSIMI GRATISSIMIQUE ANIMI MNEMOSYNON  
OMNI HUMILITATIS AC OBSERVANTIAE STUDIO  
OFFERT ET CONSECRAT  
AUTOR.

PER-ILLUSTRES, GENERO-  
SISSIMI, MAGNIFICI, MAXIME  
STRENUI, PRÆNOBILISSIMI, AM-  
PLISSIMI, PRUDENTISSIMIQUE,

PATRIÆ PATRES OPTIMI,  
MAXIMI,

DOMINI GRATIOSISSIMI,  
PATRONI AC MECOENATES PRO-  
PENSISSIMI, MUNIFICEN-  
TISSIMI.



Aximum illum beneficiorum, a VOBIS,  
VIRI PER-ILLUSTRES, GENE-  
ROSISSIMI ATQVE MAGNIFI-  
CI, in me hactenus collatorum cumulum  
gratisimo semper pectore volvens sane  
erubesco, quod tantum vitæ academicæ  
spatium decurrere passus debita obsequii  
devotissimæque pietatis studia non ullo  
specimine publico contestatus fuerim. Jamdudum equidem  
de VOBIS erigendo quodam obstrictissimi animi monumento  
cogitavi, nec tamen adhuc inveni quicquam, vel gratia vel favo-  
re

re Vestro conciliandi conservandisq; dignum. Cumque idonea  
disputandi materia atq; commoda sese minus offerret occasio, an  
tempori magis irascerer, an vero mihi prorsus indignarer, igno-  
ravi. Tandem pudore suffusus impatiensq; diutinæ exspectationis  
eiusmodi quid fui emeditatus, quod an audaciæ potius notam  
incurrat, an ad officii obsequiique rationem spectare quis dixerit,  
æque ambigo. Nimurum aliquot abhinc menses ab industrio  
quodam Juris Studio ex Regia Fridericiana Casus mihi deci-  
dendus communicatus fuit, cui ponderis licet aliquid difficulta-  
tisque inesse crediderim, animum tamen non abjiciens, multo  
minus desertor ejusdem factus, cœlesti favore ac sine ulla diffi-  
culty Casui elaborando temporis nonnihil impendi. Exspe-  
ctioni igitur amatissimi Nomophili satisfacturus Casus Deci-  
sionem vix dum in chartam conjecteram, cum jam placuisse ille  
mihi significavit. Atque cum ista quibusdam consummata eru-  
ditionis Viris postea perlegenda traderetur, labor (quod tamen  
præfiscini dixerim) non omnino displicuit, aliis licet a mea sen-  
tentia discedentibus, communemque Doctorum opinionem  
sectantibus, aliis tamen isti meæ plane adstipulantibus. Hæc  
cum ita sese haberent, calcar animo additus fuit, ut in materiam,  
enodatius paulo limatusque diducendam, operam insumere  
mox decernerem. Labore autem præter opinionem justo plus  
ex crescente, ab opere incepto rursus destitutum, nisi conjunctissimi  
quidam amici doctissimique Viri, maxima simul autoritate  
pollentes, me admonuissent, ut hanc Casus elaborationem, com-  
probandæ diligentiaæ gratia, publici juris facere constituerem.  
**Illa** vero satis ampla, **VIRI PER-ILLUSTRES ATQUE**  
**MAGNIFICI**, nec non innumera propensissimæ Vestræ in  
me Voluntatis exhibita mihi documenta secretiori quotidie æ-  
stimatione pensans hasce studiorum primitias, ab effusissima  
Vestræ Liberalitate provocatas, VOBIS Ipsi in gratissimæ men-  
tis tesseram offerre atque **PER-ILLUSTRIBUS, GENE-**  
**ROSISSIMIS, MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS.**

A 3

QUE

( ) o ( )

QUE VESTRIS NOMINIBUS publice inscribere nullus dubito, a VOBIS quippe, PATRONI atque MECOENATES GRATIOSISSIMI ea, qua pars est, animi demissione precibus simul contendens, ut hoc, quicquid est ausi conatusque Juvenilis, Summi Vestri Favoris ac Benignitatis, usque quaque non modo celebrata, sed etiam luculentissime mihi comprobata, radiis gratiose collustrare non dedignemini, immo potius, quod proprio Argumenti nitor reique ipsius dignitati deest, PER-ILLUSTRUM MAGNIFICORUM.  
QUE VESTRORUM NOMINUM Splendore, Gloria, Virtute atque Prudentia compleri patiamini. Et quamvis optem, ut ea Vobis, MAGNI EVERGETÆ, animi signa ac monumenta, qualia tam numerosi obligationum Tituli jure meritoq; a me exposcunt, statuere possem; virium tamen imbecillitas annorumque defectus digniora PER-ILLUSTRI MAGNIFICO-  
QUE VESTRO subjecere obtutui non patiuntur. Enim vero maximo illo Vestra Benevolentia gradu confisus spero, fore, ut non serenissima modo istam meam opellam accipiatis fronte, sed etiam ulteriori Vestro, nunquam satis estimabili, Patrocinio me meaque studia commendatissima habeatis. Ceterum sitis, quofo, persuasissimi, PATRONORVM OPTVMI, MAXIMI, me omnem moturum lapidem, ut, VOBIS inservitus, Communi quoque Civitatis Bono promovendo tandem aliquando sollicitudine fructuosa adesse valeam. Fxit Summus rerum Moderator, ut tranquillum pacificumque, cuius Salus summa VOBIS semper Lex est, Reipublice Statum consiliis Vestris gravissimis atque prudentissimis felicissime diu regere, contraque omnes adversariorum turbulentas machinationes sub Altissimi umbone ac protectione tueri sine ulla temporum interruptione queatis. Sic enim antiquissimæ PER-ILLVSTRIVM, GENEROSISSIMORVM, MAGNIFICORVMQUE VESTRORVM NOMINVM Glorie, florentissimoque Reipublicæ Statui major in di-  
es

es Splendor, Decus & Incrementum accedit. Valete, DOMINI GRATIOSISSIMI, PATRONI ATQUE EVERGETÆ MUNIFICENTISSIMI, & supra omnium Ci-  
vium Vestrorum vota vivite! Ita vovet, ita precatur is, qui Ve-  
stram Salutem ac Incolumentem suam faciens omni fidelitatis  
nexu est etatem perseveratus


PER-ILLUSTRUM, GENE-  
ROSISSIMORUM, MAGNIFICORUM,  
AMPLISSLIMORUMQUE VESTRO-  
RUM NOMINUM

Cultor, Civis, Client,

Devotissimus, Humillimus, Obsequiosissimus

Lipſia  
d. XII. Auguſti  
M DCC XX.

Johannes Elias Ringmacherus,  
J. U. C.



## PRÆFATIO.

**V**isne scire, Lector amice, quid meam ad hocc Problema edendum impulerit mentem, adi Epistolam Dedicatoriam, pluribus ibi inventurus, me non vano ac temerario scribendi pruritu inclarescendique studio (qui enim hoc perpaucis iisque levidentibus pagellis intendere potuissim?) presentem Casus elaborationem in lucem protrudere apud annum statuisse.

Ad rem ipsam autem quod attinet, fateor equidem, materialm, ex qua iste linea consistunt, Jus admodum Civile redolere, ut mibi de illis, quibus nil nisi Fori Observantia placet, Moresque tantum bodierni arrident, atque Jura Justinianea tanquam insula minusque Status Germanorum congruentia, adeoque maxime invisa videntur, illiberale plane hoc de Casu judicium polliceri queam. At vero mihi, cui Jus Romanorum non tam susque deque habetur, sed utrumque & jura vetera & bodierna aquali studio conjungere cura cordique est, parum illorum virgulam censoriam metuenti, bjuuscemodi elegisse materiam, que ab usu plane aliena non est, credo sufficietur. Nam etsi S U B S T I T U T I O N E S, praesertim Pupillares & Quasi-Pupillares sive Exemplares, in desuetudinem nonnullis in locis abiisse videantur, plerumque tamen & in Belgio quoque usu constantique Praxi eas adhuc firmari, tot luculenta comprobant Doctorum testimonia, ut binc idem

idem easus, quem ego fictum quidem exhibeo, in illis terris extiturus band dubie ex Jure Civili decidendus foret. Hunc autem non tantum theoretice & secundum nudam Legum contemplationem, sed & practice, Leges Civiles rite ad fictum applicando, pertractare placuit. Adhac arbitraria usus methodo nonnullisque Annotationibus viam ad Casus illustrationem sternens Quæstiones postea formavi. Cumque in eo jam totus essem, ad priores Objectiones, qua ex adversa parte institui posse videbantur, non minus respondi. Enim vero dum ubique perspicuitatem rei affundere allaboravi, nimis forsan prolixus alicubi fuisse, idemque sepius iterasse non nemini existimabor, quem tamen vel in hoc unico acquieturum confido, quod Commilitonibus suavissimis, iisque mihi amicissimis, scriptum hoc qualunque academicum sit accommodatum, quorum gratia eadem quandoque (sed forte non eodem modo) me tractasse denique repetiisse, ecce, quæso, pœnitentia? Quid? quod vel sola matrice, ab aliis neglecta, ab aliis non sufficienter examineate ponderata & qæ, gravitas veniam fusiori sermoni conciliare apta sit, quippe cuius amore ductus vix a me impetrare potui, ut brevitati studerem. Parum etiam Substitutionis illius Quasi-Pupillaris vel Justiniane in Collegiis quibusdam mentionem fieri animadvertis, ut inde plurimi, quid hujus tenor sit, caligeant, cum tamen de multis aliis Romanorum iuribus, vix etiam usum hodie prestantibus, prolixissima facere verba adeo consueverint Doctores. Nomophilorum itaque quorundam desiderio atque persuassione commotus, Casum, occasione Legis IX. Cod. de im-pub. & al. substitut. juncto §. i. f. de Pupill. Subst. & L. ex faeto 43. π. d. Vulg. & pupill. Subst. propositum elaboravi, eo magis postea de edendo sollicitus, quo specimen Studiorum publicum simul edi posse credideram.

Sisto ergo Tibi, B. L. Tuque in primis, quisquis es, Carissime Nomophile, opellam, a libero Marte profectam, optimorum-

B

que

que J<sup>C</sup>torum testimoniis ac prejudiciis, ubi scil. opus fuisse intellexi, corroboratam. Et quamvis a nonnullis Eorundem interdum dissidere videar; tantum tamen abest, ut ea vera semper diffensio censeatur, ut ego potius exceptionem a regula statuens a communi Dd. opinione recesserim. Praterea in ipsa Tractatione quedam reperientur, que non tam ad Casus Decisionem spectant, quam diversitatem Substitutionis Pupillaris & Quasi-Pupillaris magis ostendunt. Et licet Latinorum Civitate quodam vocabula non donata sint, autoritate tamen J<sup>C</sup>torum ipsorumque Legum publicarum sustinentur. Ceterum si quis forsitan in contrariam iret sententiam, lubenter ego patiar, nunquam meam de rebus opinionem ulli persuasurus. Nemo autem iudicium bac de Casus elaboratione prius ferat, quam illam ipsam a capite ad calcem cum exquisita diligentia perlegerit, meaque mentem ex aſſe aſſecutus fuerit. Cum enim subtilis bac mibi videretur materia, altiori quoque indagini animique penitacioni hanc ipsam commendandam opinor. Quodſi vero Autorem in sua sententia errasse plane dixeris, cogites modo, eidem etiam humani quid accidisse, errantique ex innata humana natura imbecillitate eo facilius condonandum esse, quo certius est, quod in nullo peccare Divinitatis magis, quam mortalitatis, habeatur, consentiente Sacratissimo Imperatore in §. 14. Constit. Tanta de Confirm. Digest. & Constitut. Dedit nobis, §. 13. Accedit, quod juvenili etati, in qua adhuc constitutus sum, non semper sublimiora cernere detur. Vale! Benevolentis Lector, nec unquam ad maleolorum partes transeas, queso.

AUTOR.



Q. D. B. V.

## C A S U S.



V R T I V S instituit filiam suam unicam,  
L V C I L L A M, heredem universalem,  
atque huic, T A N Q V A M M E N T E  
C A P T Æ, substituit matrem; (*s u a m*  
*uxorem.*)

Hæc, (*mater*) postquam mortuo  
priore marito (*Testatore scil.*) ad secun-  
da vota transiit, decedens ante filiam,  
mente captam, substituit eidem alterum maritum; (*Lucille*  
*Vitricum.*)

Quo facto filia mortem suæ matris excipiebat.

Quæritur hinc :

1. *An vel Vitricus vel Hæredes ab intestato succedant?*
2. *Quomodo, sive in quenam Bona? an in Privigna demor-  
tua paterna, an materna solum, an vero in utraque  
simul Vitricus (si concedas huic succedendi jus) suc-  
cedat?*

---

## PRÆVIÆ ADCASUMAN.

### NOTATIONES.

U NIVERSALE M) Hæc vox tantummodo de Bonis Lucillæ  
paternis intelligenda venit, in primis ratione effectus Substitutio-

nis Quasi-Pupillaris. *Ratio autem illius est: quia sc. mater circa propria sua Bona ipsa in testamento disponere, atque sic iterum liberis mente captis in his quasi-pupillariter substituere valet.* Ergo hic pater nihil in praेजudicium matris vel cognationis maternæ suscipere potuisset, si aliam personam mater filia suo facto substituere maluisset. Licet alind plane obtineat in Substitutione Pupillari; In hac enim Pater, ex juribus patriæ potestatis, liberis impuberibus, (heredibus institutis, sed in casum: si illi heredes non essent, vel quidem existerent, ast, antequam puberes facti, decederent, alio hinc ipsis herede scripto, Pr. J. d. Pupill. Subst. L. 2. L. 3. § 4. pr. ff. d. Vulg. & Pup. S.) non tantum in sua, sed etiam in Bona materna heredem (b. e. substitutum) antiquo jure dare, atque sic ab iis maternum excludere sanguinem omnino poterat, L. Papinianus 8. §. 5. ff. de inoff. Test.; licet hoc durum nimis videatur summæ eruditiois maximique Judicij JCto, ULRICO HUBERO, in suis ad Inst. Praelectionibus, tit. d. Pup. Subst. num. i. p. m. 185.

**MENTE CAPTÆ** In hoc igitur momento consilii maxima ex parte famosa illa Quasi-Pupillaris Substitutione, utpote ad exemplum Pupillaris & ob similitudinem rationis §. 1. J. d. P. S. introducta, atque Exemplaris exinde Substitutionis a veteribus Interpretibus, (quamvis Ludvugilio minus recte sic vocetur in Comment. ad Inst. b. t. §. 1. p. 232.) itemque Justiniane (ab Imperatore quipe in Codice L. 9. d. impub. & al. subst. peculiariter constituta) nomen sortita, ita, ut quemadmodum Substitutione haec Exemplaris, ratione morbi vel vitii, sive animi sive corporis, a speciali Principiis concessione aut privilegio antea dependebat; (L. ex facto 43. pr. n. d. Vulg. & Pup. Subst.) Sic eadem postea a Justiniano ad Jus firmum ac perpetuum sive regulare traheretur, atque sic ex eo tempore Jus privilegiorum in commune & ordinarium abiret. cf. VINNIUS in Comm. ad J. §. 1. d. P. S. n. 1. p. m. 358.

Quo autem plenior ac illustrior dicti Casus reddatur sensus, Definitionem hujus Substitutionis ante omnia notabimus, viam ulteriori deinceps præmonitione per nonnullas ad Calum Annotationes pandere & refuturum existimantes.

Est autem Substitutione Quasi-Pupillaris, sive hoc sive alio nomine concepta, talis, qua videlicet Q. U I S (uti §. 1. J. d. t. habet) liberis suis mente

mente capitis, (licet puberes sint,) heredibus quidem institutis, sed ob hoc vel simile notabile vitium testari prohibitis, certas personas surrogat in casum, quo heredes sunt futuri & in statu, in quo testari nequeuntur, morituri.

Quemadmodum igitur per Substitutionem Pupillarem liberis *ob defectum etatis* testari non valentibus succurritur; sic quoque per Quasi-Pupillarem liberis *ob mente capti aut simile vitium.* v. KLEIN. Annotat. ad SCHOEPE. Syn. J. Pr. t. de Vulg. & Pup. Subst. n. 20. p. m. 440. cf. VINN. ad §. 1. J. d. P. S. n. 2. Nam ipsi quoque rationi optime congruit, ut pro eo, qui per Judicium imbecillitatem ipse rebus suis fungi sieque testari nequit, adeoque vel natura statim incapax habetur, vel ipsa de num lege ad testandum inhabilis declaratur, is illius vice fungatur, quem vel natura Gubernatorem omnium ipsius actionum esse volunt, (*qualis utique Pater habetur*, L. 22. §. 4. ad L. Jul. de Adult. ibi: *quod paterna pietas optimum consilium pro liberis capere censeatur*; it. L. 7. pr. C. de Curat. sur. L. 43 ff. d. V. & P. S.) vel Leges simul tale omnibus illis injunxerunt, qui Parentes istiusmodi personis existunt, L. 9. C. de impub. & al. subst. juncto §. 1. J. d. P. S. Ut proinde hæc quasi-pupillariter substituendi facultas omnibus h. l. Parentibus (*nam Pupillaris Substitutionis Patri solum vindicatur*) competit, nullo plane patriæ potestatis respectu, neque gradus & sexus distinctione habita, per proxime citr. LL. ibi: (*sc. in L. 9. C.*) Parenti, qui vel quæ testatur; & infra: *testatori vel testatrixi*, VINN. ad §. 1. J. d. t. n. 2. verb. ut si qui. HARPPRECHT. in §. quara tione i. n. 2. & 3. Inst. d. P. S. Poterit igitur & Mater & Avia (*quin & Pater FILIO EMANCIPATO*, licet alioquin non possit,) hoc modo substituere aut mente capto heredem dare, cum in his qq. eadem præsumatur erga Liberos pietas & affectio arg. L. 4. C. d. Lib. præter. quantumvis pupillariter substituere non valeant, nisi, ut dictum, Pater liberis impuberibus, sub ipsius patriæ potestate adhuc constitutis, Pr. J. d. t. & L. 2. pr. ff. d. V. & P. S. Atque citata illa L. 9. C. est propria Substitutionis illius Quasi-Pupillaris sedes, ad quam etiam Imperator in §. 1. J. d. t. se se retulit.

MATREM.) Præsumitur E., non adfuisse descendentes aut liberos a filia, mente capta, prognatos; neque etiam fratres aut sorores, (id quod ex voce UNICA nobis vel in nomine potest.) Si enim

tales adessent, hos non æque ac in pupillari substitutione, vi patrize potestatis, præterire licuisset, sed hic utique Pater ordini successionis ab intestato oblervando adstringitur. Quandoquidem in Substitutione Exemplari non quilibet pro Testatoris arbitrio substitui potest, sed substituendi sunt primo loco personæ conjunctæ, non quidem prouincue, sed quo ordine succeditur ab intestato, eo etiam ordine quasi-pupillariter substituendi conjuncti. Sic itaque 1) vocandi sunt *Liberi* ejus, cui hoc modo substituitur, & quidem si non omnes, saltem unus vel certi d. L. 9. C. conf. V INN. ad §. I. J. d. P. S. n. 6. & CARPZ. P. 3. C. 8. Def. 15. Si autem tales non adsint, substituendi 2) fratres & sorores mente capti, d. L. 9. C. (Immo hodie ante fratres & sorores substituendi Parentes. conf. HOPP. ad §. I. J. d. P. S. p. m. 416. vid. tamen STRYCK. ad LAUTERB. t. d. V. & P. S. p. m. 594. & conf KLEIN. Annotat. ad SCHOEPP. cod. tit. v. Fratres.) Post fratres & sorores quilibet Extranei, d. l. 9. C. ibi: *quoscumque voluerit &c.* Verum aliud longe rursus obtinet in substitutione Pupillari. In hac enim pater testans ordinis successionis minime adstrictus tenetur, sed filio impuberi quosvis sine tali restrictione substituere potest, §. 4. J. d. P. S. V INN. l. c. adeo, ut pupillariter substitutus omnes filii filiæ legitimos excludat heredes, per L. 39. & 70. ff. d. acquir. vel omitt. Hered. it. L. 89. ff. d. R. J. (cf. L. 5. §. 1. ff. Unde legitimi. L. 2. C. unde *Liberi*. it. L. 8. C. commun. de Success. ibi: *Quod, testamentaria successionis spe durante, intestato bona defuncti non recte vindicentur.*) immo & IPSAM MATREM, Legitima ne quidem ipsi reliqua, arg. L. 8. §. 5. ff. de Inoff. Test. & c. i. in f. de Testam. in 6. Accedit, quod & quasi-pupillariter Substitutus Matrem à Legitimæ petitione de Jure Civili excludat, d. L. 9. C. d. Impub. & al. subst. Quanto magis excludet, qui pupillariter est substitutus. cf. HOPP. ad Pr. J. de P. S. verb: *ipsi filio &c. p. m. 414.* E contrario recte tamen in nostro quasi-Pupillaris Substitutionis Casu, (deficientibus omnino descendantibus & collateralibus Lucilla, ) Testator Curtius conjugem suam (tq. matrem) Filiæ substituebat. Quid? quod hodie mater collateralibus, si qui essent, tam in Successione, quam etiam Substitutione præferretur. v. HOPP. ad §. 1. J. d. t. cum potius jus habeant Parentes hodie, (Nov. 118. c. 2.) quam olim. Tum enim à fratribus excludebantur. d. L. 9. C. STRYCK. d. Success. ab intest. Diff. 2. c. i. §. 6.

AD

AD SECUNDA VOTA TRANSIIT) Hic notandum,  
 Matrem, etiam si ad secundas nuptias convolaverit, tamen liberis  
 quasi-pupillariter substituere posse, nec per easdem impediri. Nam  
*d.L. 9.C.matri indisincte & ablique ulla conditione substituendi facultatem*  
*tribuit, cf. LAUTERB. ad tit. d. Vulg. & P. Subst.)* ipsaque hæc Substitutione  
 favore etiam Liberorum introducta est, qui post secundas matris nuptias non cessat. *v. MENCK. Gymn. Jur. Polem. Diff. XII. §. X.*  
*p. m. 184. cf. BERGER. Animadvers. in Brunnem. Quæst. ad Pand. t. d.*  
*Vulg. & P. S. ad Quæst. 30. it. KLEIN. in Annotat. ad Schepff. eod. tit.*  
*p. m. 450 & DRESSEL. in Comm. Theor. Praef. Pand. b.t.n. 36. p. m. 500.*  
 Nec ea propter mater humanitatis, pietatis, affectionis, curæque ratione  
 nem depoluisse censetur, quæ scil. causæ existunt Substitutionis Exemplaris.  
*Secundum L. cit. 9.C. Licet dissentiat LUDWELL. Tr. de Ultim.*  
*Volunt Part. 2.c.2. p. 303. & quidem propter L. 22.inf.G. d. Admin. Tut.*  
*it. STRAUCH. in Diff 9. Jus. th. 19. atque quam plurimi Vet. Interpr.*  
 Quibus tamen MENCK. l. c. brevioribus licet, at concinnis adinudum  
 verbis respondit. *Evolv. etiam BRUNNEM. ad. L. 9. C. d. impub. & al.*  
*Subst. n. 4. CARPL. P. 3. C. 8. Def. 13. Sed & argumenta Dd. pro utraque*  
*Sententia nobis refert Alex. TRENTAC. d. Substitut. part. 3. cap. 3. cf.*  
*qq. SFORT. ODDO in prælud. Tract. de Compendiosa Substitut. Part.*  
*IV. quæst. 6 p. m. 108. VASQ. d. success. prograff. L. 2. §. 17. num. 24.*

Enim vero nec quicquam hic mater in favorem secundi mariti,  
 liberorumque posterioris matrimonii suscipere potest, cum Quasi-Pupillaris Substitutione non absolute libera, sed ad certas utique personas (proximos scil. cognatos mente capti) adstricta sit. (*cf. ea, quæ supra,*  
*Annot. 30. p. 14. fuerunt dicta.*) Vid. STRYCK. ad Lauterb.  
*t. d. Vulg. & Pup. Subst. (vb. ad Sec. vot.) p. m. 593.* Idemque in *Disp.*  
*de Jure Substitut. cap. III. §. 8.* Illis autem deficientibus, mater in favorem erga secundum maritum Liberosque posterioris matrimonii aliquid facere non prohibetur, uti ex inferioribus suo loco patebit.

## QUÆSTIONES EX CASU FORMATÆ.

JAM VERO OCCASIONE VERBORUM: HÆC, (mater,) --- SUBSTITUIT  
IEIDEM, (scil. filie mente captæ) &c.

I. QUÆ-

## I. QUÆRITUR,

Num rectè h. l. mater, Lucillæ in Bonis paternis a marito substituta, filiæ iterum in iisdem quoque Bonis substituere valeat? Et

## RESPONDETUR,

Ita videri. Quod enim alia non licet, hic tamen matri licebat. Ipse quidem Substitutus per se iterum substituere non valet, quia tantum Testatoris est, Heredi bis, vel ter, aut sibi ipsius substituere, pr. f. d. Vulg. Subst. Ast mater Lucillæ, a patre huic substituta, recte tamen cum in suis propriis, tum etiam filiæ bonis paternis eidem iterum substituebat, atque substitutionem à marito semel in ipsius favorem factam ulterius in suo testamento prosequebatur; Idque propter generalitatem cit. L. Human. g. C. Quandoquidem & mater illo casu, si maritus (*Curtius*) intestatus decedens filiæ consequenter per Substitutionem Excipitarem haud profexisset, eidem, vi hujus Legis, ex pietate aliquem tam in Bonis propriis quam etiam paternis ipsa substituere valuisse. Accedit, quod mater casuali, mortuoque ab intestato marito, jam tum quoque in Bona filiæ paterna spem atque jus postea quæsitum habitura esset, filiâque in hac mentis ab alienatione ante ipsam decedente, hæc omnes utique & marito & filiæ ab intestato alioquin successuros Cognatos exclusisset. Ut tacet, quod cum hoc jure succedendi, (*Legitima quasi Substitutione*) quod sc. mater in Bona Lucillæ paterna post ejus obitum haberet, jam potius nunc concurrat *Substitutione Testamentaria*, a marito in uxoris favorem facta, cui non medo standum, sed & matri, non de propriis modo, verum etiam Lucillæ Bonis paternis ipsius nomine testandi, atque sic iterum huic substituendi, jus relinquentum. Sed ad verba; *Substituit eidem ALTERUM MARITUM, Lucillæ Vitricum*)

## II. QUÆRITUR,

An mater sine discriminè unumquemque liberis exemplariter substituere queat? Et statim

## RESPONDETUR,

Nequaquam; quia & Pater sic substituere non valet. Est itaque mater &que ordini successionis ab Intestato in substituendo adstricta, ac pater,

ter, per d.L.9.C. Hinc deficientibus demum conjunctis personis, sive proximis cognatis, certisque in dicta Legi notatis, extraneum quemvis substituere potest. Quemadmodum autem supra (*in Annot. 3 p. 13.*) jam supposuimus, conjunctas personas, videlicet descendentes aut collaterales Lucillæ haud extitile; ita quoque mater alterum suum mariatum, (*Lucilla Vitricum,*) recte filiæ substituebat.

Vitrico E. Privignæ sua defunctæ rite quidem ab uxore substituto, tamen

### III. QUÆRITUR, In quænam Bona Vitricus Privignæ succedat?

#### RESPONDETUR:

Quod ad *Bona Lucillæ paterna* attinet, jam extra omnem dubitationis aleam positum puto, quin *Vitricus jure Substitutionis, ceterisque paribus, Privignæ in hæc succedat.* Ad *maternam* quod spectat *hereditatem*, iterum videndum, annon liberi ex posteriori matrimonio adhuc nati existant? Si tales adsint, tunc hi omnino bona caperent *materna*, etiam si mater in testamento eos præteriisset. Praterire enim non sufficit, sed expresse justaque ex causa liberi exheredentur, necesse est, per *Nov. 15. c. 3 § 4.* Quod si à matre non observatum, *testamentum maternum ipso jure* foret nullum, nec opus querela inofficiosa, v. *SCHILT. Exerc. XXXIX. ad Pand. Th. 52. § sqq. junct. Ex. XIV. §. 27.*

**33-50. FINCKEL TH. Obs. 29. Pr.** Sed quemadmodum *Lucilla*, pluribus ex posteriori matrimonio existentibus liberis, iisque omnibus ad hereditatem maternam æquilateri vocatis, partem tamen Bonorum maternorum caperet; Sic etiam *Vitricus*, *Lucillæ* in universum ab uxore substitutus, præter illius hereditatem paternam, adhuc illam ipsam portionem, quam *Privigna* ex bonis maternis in eventum resipilcentia effet habitura, consequeretur. Verum enim vero deficientibus plane aliis ex priori posteriorique matrimonio liberis, h. e pluribus fratribus aut sororibus, bi- et uni-lateralibus, *Lucillæ* haud existentibus, hacque ipsa tanquam mente capta ac sine ulla moriente prole, *Vitricus* generaliter substitutus utramque *privignæ* hereditatem jure meritoque hinc sibi vindicat. Atque hac ratione neque duo illa Parentum Testamenta,

flamenta, (quippe quie Lucillam, unicam ex Curtio descendenter, heredem bis institutam referunt,) neq; eorumdem Substitutiones facte, (quarum prior spem, filie hereditatem consequendi paternam, matri tribuebat: posterior autem Vitrice cuncta Privigna Bona hereditaria, casu extitro, adscribbat,) ullo modo impugnari possunt. Ut proin hæc duo a Parentibus, diverso licet tempore, condita Testamenta pro unicò duntaxat sustineantur, atque sic prius à posteriori, quasi absorptum, utrumque vero conflatum recte dicatur. Id quod ex jure matris, tam ex substitutione mariti, quam ex sperata alioquin futura successione, ipsi quæsto, omnino derivandum censeo, ut hinc Responsio ad Questionem I. majori studio hoc repetenda veniat. Ceterum, quandiu ex Testamento speratur heres, (isque vel primus aut secundus, h.e. primo in subsidium datus, qui vulgo substitutus audiit) tamdiu non admittuntur Legitimi, arg. L. 39. & 70. ff. d. acquir. hered. adeo, ut etiam intitu hujus quasi - pupillaris Substitutionis nulla ad exemplum Pupillaris contra hocce Parentum Testamentum reliquis ab intestato heredibus inofficiose detur querela, modo Exemplaris hæc Substitutione sit legitimè facta, h.e. omnia illa, quæ d. L. Hum. g. C. suppedidat, requisita probe fuerint à parentibus observata.

*Testam.mater-  
num, continens  
Subst. Exem-  
plar.*

Institutio,

Tenor autem Testamenti illius materni talis habeatur:

„Lucilla, meine aus erster Ehe erzeugte. aber im Kopff verrückte  
„Tochter soll mein Universal-Erbe seyn!

Not, Est itaque heredis Institutio (sine qua nullum subsistere testamentum dicitur in L. 3. inf. ff. d. bis, que in testam. del.) fundamentum atque basis totius testamenti, adeoque etiam Substitutionis, utpote quæ tantum testamenti pars & sequela habetur, § 5. 3 d. Pup. Subst. L. 1. §. 3. & ult. ff. d. V. & P. S. L. ult ff. d. juve Codicill. §. 34. J.d. Lig. Et constat, accessorium sequi naturam sui principialis. L. 2. ff. d. Pec. Leg. Hinc necesse omnino est, ut sibi quoque prius heredem constituar, qui liberis vult facere, arg. L. 2. §. 1. ff. d. V. & P. S. Incongruens enim visum, cum, qui ipse intestatus decidere cupit, filio suo heredem testamento dare. Ex quo sane efficitur, ut quemadmodum in Substitutione Pupillari Patris Testamentum Principale, Filii vero Accessorium paternique appendix nuncupatur; sic idem non minus in Substitutione quasi- Pupillari ad exemplum Pupillaris trahi, eadem ratio suadeat. cf. VINNIUS ad s. i f. d. Pup. Subst. n. 5.)

Ferner:

Substitutione, „Solte aber diese meine Tochter, Lucilla, in solch verwirretem Zu-  
stande,

„stande, (wie ich zwar nicht hoffen will,) sterben, und also nicht in easum, si filia  
selbst über ihr sämtlich ererbtes Vermögen wiederum testiren tanquam men-  
können; So will ich Ihr hiermit meinen andern Mann, (ih- te capta, in eo-  
ren Stieff-Vater,) in allund jedem Derselben Vermögen ganz dem statu de-  
, und alleine zum Nach-Erben substituiret wissen, &c. &c.) secessit &c.)

Materia igitur Substitutionis quasi-Pupillaris probe cognita atque perspecta, discussisque nonnullis de praesenti casu quæstionibus motis, Dubia adhuc quædam proponantur, Decisione cuilibet statim subnexa. Sic enim reliqui, quos forsan ab inteslato Lucilla succedendi incideret appetitus aviditasque, Curtii cognati tales formare objectiones queunt:

## OBJECTIONES AD CASUM INSTITUTÆ.

### OBJECTIO I.

Verba in testamento matris expressa: LUCILLA SIT HERES MIHI UNIVERSALIS, esse tantum de hæreditate matris intelligenda, nec ulla ratione de Bonis Filiae paternis accipienda venire, cum hæc Institutio una cum Substitutione solum ad matrem testantem sese referat. &c.

### EXTENSIO HUJUS OBJECTI.

Zu deme so könnte ja der Lucille ihre Mutter, (wenn gleich der Tochter väterliches Erb-Guth im Testamente mit darunter verstanden würde,) noch einmal circa Bona Filiæ paterna, in testamento Patris jam ipsimet relicta, wiederum Testamentsweise disponiren viel weniger in der der Tochter bereits eingeschlagenen Väterl. Erbschaft jemand anders willkürlich derselben substituiren. Ratio wäre diese: weil die Mutter, ob sie gleich von ihrem ersten Mann (Dem Curtio) der Lucille zum Ärger-Erben gegeben worden, jedoch nur evenualiter und quæheres subsidiaria eingeschoben, habe in easum, si filia mente capta non resipuerit, sed in talis statu, mentis scil. alienatione, sive ex transum rationis decessit. Gleichwie nun aber bekannt, daß

C 2

mater

mater substituta vor der instituirten Tochter gestorben, mithin jene noch nicht wissen können, ob Lucilla wieder zu ihrem Verstand kommen dürste, auch in Rechten ausgemacht seye, daß, wann Substitut vor dem Instituto stirbe, das Jus ex Substitutione speratum (a) völlig erloschen, auch des Substituten Erben kein Recht mehr übrig hätten, dem Heredi instituto zu succediren,  
 a. L. 81. in fin. ff. d. acquir vel omitt. Hered. L. 9. in f. ff. d. suis legit; Also könnten ja gleicher Gestalten der Lucillen Wünter das bei ihren Lebzeiten vor sich zwar erhaltene Substitutions-Recht iedoch nicht anderwerts per Testamentum wiederum transferren, mithin auch ihrem andern Mann (als dem Stieff-Vater) keine Anwartschaft auf der Tochter väterlicher Erbguth gebett. Jus enim substitutionis matris statim ipsius morte exspirasse censetur. E. nec spes, nec Jus, hereditatem Lucillæ paternam consequendi, tunc ab uxore alteri marito ulla relinqu ratione potuit. Et certum est, Substitutum in causa, non in eadem iterum aliquem substituere posse. &c. Verum ad hac omnia sic  
 qd) b. e. Instituto succedere.

## RESPONDEO:

(Et quidem primum ad verba: *nur eventualiter und quā heres substitutaria eingesezt seye, b. e. in casum, si filia, mente capta, non respuerit, sed in talis statu -- decesserit, junct. verb, anteced. & conseqq.*)

I. Me non videre, quomodo à non expectato casu sive mortis eveniu ad subsecutam inter ea Substitutionem aliam inferri queat, aut cur ulterior substituendi facultas matri hinc denegaretur? Hoc quidem concedo, Substitutum, (si nude tantum & simpliciter, casuunque istiusmodi hand attendens, nec mortem mente capti expectans bona ejus hereditaria, titulo Institutionis eidem prius relicta, illoco sibimet ipsi vendicaret,) Ju. ante, quam dies venerit, hereditatem Institutii capiendo, neque esse habiturum, neque hinc ea, quae ipse nondum capere vallet, ad alios iterum transferre posse. Enim vero hic mater, (tanquam etiam filiae, mente captæ, substituta,) nec quicquam tamen hereditatis Lucillæ paternæ sibi ante tempus vendicavit, sed tantum, mediante nova Substitutione, ab ipsa facta, jus suum ex Substitutione maritali ipsi quæsi-

presumtum, alteri marito (*Vitrico scil.*) in testamento cessit, quippe quod facere minime prohiberi, tam ex superioribus patebit, quam ego nunc in sequentibus sum demonstratum iturus. Aliter tamen puto sentendum de Substitutionis extraneis, quibus videlicet idem jus Substitutionis per aliud testamentum novamque substitutionem, mente capto factam, ad alios iterum transferre haud permisum. Ratio: quia tantum Pareaturum est, liberis quasi-pupillariter substituere. *cit. Lg. C* (Porro atque Ido Respondeatur: ) Ea quidem recte alias sese habere, ut, si Substitutus ante Institutum decesserit, causa substitutionis pro parte illius cessaet, jusque sic plane ipsius evanescat, atque ne spes quidem, Instituto succedendi, ad Substituti heredes transferatur. Sed diversa longe in nostro calu conspicitur ratio, eur non omne jus matris, ex substitutione huic queritum, morte ipsius extinguitur, sed e diametro substitutione, a marito prius facta, vires ex uxoris denum testamento, licet in alia persona, acquirat. Sic enim utique mater, tanquam IPSA a marito filiae, mente captæ, in bonis paternis substituta, idem jus Substitutionis, (*b. e. spm, ad hereditatem filiae paternam, casu existente, pervenienti*), de novo per substitutionem, in testamento proprio factam, ad alium transferre potest; idque propter generalem saepē citatę Legis *Humanitatis* senum, quippe utriusque Parenti liberis exemplariter substituere permittentis, & quidem sine ulla distinctionis Bonorum mentione facta; quod tamen ita credo interpretandum, ut, si Parentum unus ab intestato decessat, nec consequenter liberis mente captis in suis Bonis substituat, alteri tamen Parenti superstiti, in omnia Liberorum Bona Substitutum dare, ratione pietatis, affectionis curaque incumbat. Si igitur maritus (*Curtius*) non fibimeti ipsi Lucilleque testamentum fecisset, nec suam uxorem filiae substituisse, nihil olicius tamen haec substituendi facultas tam in Bonis filiae paternis, quam suis propriis, matri eo calu competere. (*conf. ea, que supra ad Quest. I dicta leguntur.*) Quanto magis autem idem jus matri competere dixeris, si IPSA in bonis mariti sit filiae mente captæ, substituta? Certe! jus potius hoc casu ipsi relictum crederem.

Atque hic ulterior *fut jam ad Objectionem Principalem*

*Ultio Respondeam) a matre in Lucilla Bonis paternis facta Substitutione testamento materno tacite inesse creditur. Quid? quod ex verbis*

,testamenti: "Solte aber meine Tochter : : nicht selbssten übet ihe  
„sämtlich ererbtes Vermögen wiederum testiren können; So will  
„ich (testatrix) Ihr (filia mente capta,) - - in all und iedem  
Derselben Vermögen,etc. per se jam clarus atque perspicuus elicitur  
sensus, utpote ad Substitutionem de omnibus omnino Lucillæ Bonis, cum  
maternis, tum etiam paternis, intelligendam satis aptus.

Accedit, quod Substitutus non tam matri quam filiæ potius censematur substitutus, adeoque non illius, sed hujus heres fiat. Ita enim verba testamenti: So will ich JhR (der Tochter) etc. it. in all und ie-  
dem Derselben Vermögen, etc. Atque sic perinde habetur, ac si ipsa Fi-  
lia testamentum faciens heredem in eo sibi constituisse, arg. L. 8. §. 5. ff.  
d. V. & P. Subst. Nam licet duo hic facta quidem videantur testamenta,  
unum matris, alterum filiæ; (cui nempe mater ex L. Humanitatis si-  
mul tale cum suo, mediante substitutione, considerat,) revera tamen  
UNICUM est, arg. L. 20. ff. d. V. & P. S. it. L. 2. §. 4 ff. eod. tit duas  
saltem causas sive hereditates sub se complectens, quarum una est ma-  
tris, altera filiæ, arg. §. 2. J. d. P. S. conf. HOPP. in Comm. ad. Inst.  
§. 2. d. r.

Et quernadimodum filia in eodem testam. heres instituebatur matri;  
sic non minus filiæ substitutus filiæ censemur heres. Filia autem heredem  
esse, omnino pinguius habetur, cum Substitutus eadem capiat Bona, quæ  
ipsa filia (si ad lanam mentem rediisset) esset captura. Accipit proinde  
Substitutus non modo Bona Lucillæ materna, sed etiam paterna, quippe  
quæ in Testamento matris simul & implicite contineri videntur.  
Porro, cum Substitutione generaliter & in universa Bona à matre facta sit;  
hæc ad reliqua, quæ aliunde forsitan Lucillæ obvenerunt, non minus ex-  
tendenda veniet Bona. Sufficit enim, filiæ substitutum ipsius etiam he-  
redem fuisse factum, arg. L. 10. §. 5. ff. d. Pup. Subst. Immo magnum  
hoc inter versatur discrimen; si quis Patri, aut matri, & illud: si quis  
filiœ fit substitutus.

At vero dixeris, præente maxima illa Doctorum caterva:

## OBJECTIO II.

Unumquemque tamen Parentum (si SIMUL substi-  
tuant)

tuant,) in hæc tantum Bona liberis substituere plerumque censeri, quæ nimirum a quovis illorum proficiscantur.

## R E S P O N D E O :

Verum alias q uidem esse, plurium Parentum substitutione concurrente vel utroque simul substituente, cuiusq; substitutionem in Bonis ab ipso tantum profectis ut plurimum valere. vid. MENCK. in *Gymn. Jur. Pol. Diff. XII. §. XI.* LAUTERB. adt. d. *Vulg. & Pup. Subst.* SCHOEPEL. in *Synop. J. Pr. eod. t. n. 41. p. m. 555.* STRUV. in *S. J. C. Exerc. 33. tb 35.* TREN TACINQ. tr. de *Subst.* p. 3. c. 3. n. 10. HOPP. ad eund. §. aliisque plures. Sed hic ante oīnnia explicandum venit, quo sensu Plures Parentes simul substituere dicantur, & qualem deinceps effectum eorundem Substitutiones habeant. In dubio autem *SIMUL substituere* videntur, si scil. mente capto uterque Parentis *superstes* sit, & unusquisque eorum substituere cupiat. Atque tum quilibet in bonis ab ipso tantum profectis substituere censetur. Jam vero illam Dd. locutionem: si plures Parentes simul substituant &c. ambiguum valde variisque explicationibus obnoxiam deprehendi. Aut enim simul substituere de uno eodemque tempore intelligendum aut fane de diverso temporis intervalllo, certo tamen respectu, accipiendum erit. Si prius: tunc utriusque Parentis substitutio vere simultanea audit, cum a quovis illorum, & quidem uno eodemque tempore, (vel saltem utroque *superflite* & simul vivente) in diverso testamento fieret. Atque hoc casu quisque in suis propriis substituisse Bonis per se intelligitur, siquidem talis substituendij facultas utriusque ex ipsa Lege competit. Sin posterius: h. e. si v. g. unus Parentum prius moriatur, sibique ante mortem testamentum faciat, in eoque mente capto substitutum det: alter vero eodem tempore vivis quidem adhuc annumeretur, sed post aliquot demum annos deceſſurus sibi tum quoque heredem scriberet, simulque mente capto substitueret; tunc nihilominus (*secundum istam Dd. opinionem*) ha duæ Parentum Substitutiones, diverso licet tempore factæ, simultaneæ forent; atque id forsitan non respectu *temporis*, sed ipsius *Facti*. Clarius dicamus: Forent ha duæ Parentum Substitutiones non quidem tempore, est tamen facto

*simul tales*, quia sc. ab utroq; Parente, tametsi non uno eodemq; tempore, siebant, ut tamen eo sensu plures Parentes simul substituisse in Jure dicantur. Enim vero est hæc, (*uti jam dixi*), vulgo recepta Dd. phrasis nimis obscura, æquivoca, quin ita comparata, ut vix ac ne vix quidem ex illa cognoscere liceat, in quonam sensu parentes simul substituere dicantur. Ad priorem quod attinet verborum *aceptionem*, vix quoq; vere simultanea Parentum substitutio, i. e. ab utroq; simul vivente & substituente facta, cernitur, raroque ejusmodi contingit casus, quo uterque, & pater & mater, tanquam morti vicini, testando simul substituant. Alter enim substituere non licet, quam testamento facto. LAUTERB. *Comp. Jur. d. Vulg. & Pup. Subst. p. m.* 497. De posteriori sensu ne dici quidem potest, utrumque Parentem SIMUL substituisse, cum diverso plane temporis intervallo decedentes substituerent. Poterit ergo vocabulum SIMUL ad ambiguitatem tollendam, salvo reliquorum verborum conceptu, bene omitti, uti Dn. MENCKEN. in *Gymnas. Jur. Polem. Dis/p XII. §. XI.*, itemque SCHOEPF. in *Synop. Jur. Priv. t. d. Vulg. & Pupill. Subst. n. 41*, LAUTERB. in *Comp. codit. BRUNN* in *Quæst. ad Pand. b. t. Quæst. 32.* aliique, fecerunt.

At vero dixiris: sufficit tamen hoc eo velle atque intelligere, quod utriusque Parentis substitutio in bonis ab unoquoque tantum profectis valeat, sive uterque simul eodemque tempore, sive unus Parentum solum substituat, altero quidem simul vivente, sed morte illius subsecuta tum demum quoque substituente. Respondeo, non sufficere; quandoquidem dubitari possit, utrum æqualem ha duæ Parentum substitutiones effectum sint habituæ, uti in applicatione ad nostrum Casum deinceps audiemus. Præterea casus adhuc contingere potest, quo non uterque Parens, neque tempore neque facto simul, substituat. Est autem talis: si quis Parentum unice & solum liberis, mente captis, substituat, altero Parente vel jam prius vel postea ab intestato decedente; Ut hinc quæstio enascatur: Num superstes ille Parens liberis, mente captis, in demortuæ Parentis bona æque ac in sua propria heredem aut substitutum dare queat? Atque hoc omni dubio caret, siquidem Lex Human. g. C. nullius distinctionis Bonorum men-

mentionem infert, licet unicuique Parentum æqualem substituendi facultatem tribuat; quo factum, ut Dd. in hanc Legem commentantes ad diversitatem Bonorum, in Parentum substitutione observandam, jure meritoque respexerint. a. L. 13. ff. d. Legib. Sed quemadmodum Leges non omnes comprehendere casus dicuntur (L. 10. § junct. L. 12. ff. d. t.); sic etiam Interpretes earundem de omnibus futuris casibus cogitare atque cavere nequeunt. Quodsi igitur (*ut ad predictum Casum redeamus*) unus alterve Parentum hoc substituendi jure atque facultate non utatur, sed sponte ius suum neglat, nihil amplius obstat videatur, quo minus superstes Parens, curâ, affectione pietateque erga liberòs antea ductus, eisdem, (cum ipsi non valeant,) testam entum cum suo faciat, atq; sic in omnia prorsus corum Bona, cum paterna, tum materna, tum etiam aliunde ipsi quæsita, hæredem scribat. At vero recurrente tandem ad nostrum Casum, cui dicta nonne sumus applicatur. Nam hic etiam filiæ, mente capta, uterque Parens substituerat, nec tamen simul eodemque tempore, (*quod etiam non necesse est*) sed diverso temporis intervallo, b. e. successive. Et quidem maritus (*Curtius*) primus & solum ab initio substituebat, uxor autem demum post mariti obitum. Quod ipsum tamen forte propter utriusque Substituentis in fine concurrens Factum, dupliceque substitutionis effectum & operationem, simul substituisse diceretur. Porro: Cum Curtius (*Pater Lucilla*) moriturus in testamento filiæ substituerit, nesciens adhuc, an uxor (*sv. mater*) post suum obitum æque de propriis sit aliquando testatura Bonis; non ultra tamen facultates opesque suas filiæ substituere tum ipsi lieuislet, (*siloco matris extranam personam Lucilla substituere maluisset.*) De quo tamen plerique Dd. (*quotquot illorum evolvere licuit*) vel paruū certi, vel inique admodum, aut plane nihil expresse statuerunt, id tantum dicentes: *Si plures Parentes simul substituant, tunc unusquisque in sua tantum Bona substituere intelligitur;* ut inde dubium adhuc relinquatur, annon hoc casu, si unus Parens tantum ac sine alterius concursu aut interventu substituat, idem in alterius quoque superflitis Parentis Bona substituere valeat? vel utrum potius expectandum sit, num superstes parens mente capto ipse substituere velit. Ego prius omnino rejiciendum existimo, posterioriq; sententia maxime ad stipulans, dico: nec quicquam in superstitis Parentis præjudicium ab

altero prius moriente atque prius substituente suscipi posse. Contra VINNIUS in Comm. ad Inst. §. 1. d. Pup. Subst. n. 2. verb. ut si qui. p. m. 358. a nobis multum dissentire legitur. Nam ita scribit: *Quodsi membre capto uterque Parentis Superficies sit, rationi juris consentaneum est, ut patris postius, quam matris substitutio rata sit.* Idemque Author, receptam Dd. opinionem inibi rejiciens, ulterius pergit: (Hanc) *"neque natura hujus substitutionis, communis cum pupillari, convenire;* *"utramque enim fieri bonis liberorum omnibus, atque insolens esse, ali-* *"quem cum duobus testamentis decedere &c.* Evidem concedo, rigori Juris Civilis hoc maxime alias consentaneum esse, sed dicta Humanitatis Legi sensuique ejus genuino congruere, constanter nego. Quia secundum hanc ipsam Legem matris substitutio & que ac patris firma atque rata esse debet. Nam in his, quæ contra rationem juris (*generalis*) constituta sunt, non possumus sequi regulam Juris, a. L. 15. j. L. 16. ff. d. Legib. Est autem Substitutio Exemplaris jus plane singulare, contraque tenorem rationis (*generalis*) introductum, atque ob favorem liberorum mente captorum unicuique Parentum (*nulla habita patria potestatis ratione*) permisum. Et sane & equitas benignitas non patitur, ut, quæ favore quorundam salubriter introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem. L. 25. ff. d. Legib. j. L. 6. C. cod.

Omnis tamen difficultas in eo consistit, quod in Substitutione Exemplari testamentura condatur loco liberorum mente captorum s. furiorum. Si igitur uterque parentum testamentum condat filio, menteque capto substituat; filius (aut filia) hac ratione decederet cum duobus testamentis, id quod pagano non licet, sed tantum militi. L. *Quarebatur 19. ff. d. Testam. milit.* Et hæc etiam est ratio & sententia VINITII cit. loc. Sed respondeo cum STRYCK. in Diff. d. Jure Subst. Cap. III. §. IX. posse omnino h. e. consistere duo & diversa Parentum Testamenta, nec *unum* tantum censeri debere, cum unusquisque respectu suæ substantia liberum debeat habere Stylum, ut hinc cujusque Parentis Substitutione in Bonis a quovis substituente profectis merito attendenda sit. cf. omnino FOERSTER. Lib. de Subst. ad §. quaratione i. Inst. d. Pup. Subst. Atq; sic liberi certe non cum duobus testamentis decedere existimantur, licet unusquisque Parentum ipsorum nomine peculiariter testamentum

con-

condat, similique ipsis substituat. Nec etiam testamentorum pluralitas ex persona liberorum, sed utique ex persona & autoritate Parentum dimetienda est.

Ceterum satis expeditum iam mihi videtur, duorum Parentum Substitutiones, licet non simul sed successive factae fuerint, adeoque non ab initio sed ex post-facto demum concurrant, eundem tamen effectu producere, quem simultanea substitutio gignit, h. e. ut cuiusque Parentis substitutio in his tantum bonis valeat, qua a quovis illorum sunt perfecta. Si vero plurium Parentum Substitutionem, diverso tempore factam, quasi-simultaneam ex effectu atque duplici facto nuncupare maxilis, non reluctabor, sed perinde erit, modo in re ipsa conveniamus.

De Bonis liberorum aliunde ipsis quæsitis Dd. valde iterum discrepant. Plurimi enim dicunt, rationi juris magis convenire, ut patris potius, quam matris substitutio in Bonis liberis aliunde quæsitis valeat, præsertim, si pater liberos tales in potestate habuerit. v. STRUV. in S. J. C. Exerc. 33. eb. 35. HOPP. in Comm. ad §. i. f. d. Pup. Subst. n. 2. p. m. 410. & Exam. Inst. b. t. Quæst. 13. it. BRUNNEM. in Reptit. Paratitl. Wesenb. t. de V. & P. S. Quæst. 32. p. m. 585.

Alii Substitutos, ab utroque Parente datos, æqualiter in his liberorum Bonis admittunt, LAUTERR. in Comp. ff. d. t. Cui quoque ad stipulatur Magis. Dn. MENCKEN. in Tract. Synopt. Pand. b. s. p. m. 404. Quorun sententiam etiam verioream esse putat SCHOEPP. in Synops. Jur. Priv. cod. tit. n. 43. p. m. 555. quandoquidem in hac Substitutione patris & matris jus esset æquale, cum utique ex humanitate descendat, d. L. 9. C. Alii hoc tamen restringunt ad eum catum, si scil. mente captus, eui hoc modo substituitur, non amplius sit in potestate patris. STRYCK. ad Lauterb. t. de V. & P. S. verb. æqualiter, p. m. 593. Si enim neuter Parentum habeat in potestate, tunc demum utriusque Substitutionem ex æquo, h. e. pro dimidia parte Bonorum, valere, STRUV. L. c. & HOPP. ad §. i. f. d. P. S. pariter asseverant.

Missis autem iis, quæ ad phraseos Jctorum: Si plures Parentes simul substituant, dilucidationem præmonenda videbantur, ad ipsam objectionem principalem jam nos sumus accincluri, cum qua (ut eam denuo hic repetamus) Iupra perceperimus: Uniuersumque Pa-

rentum in hęc tantum Bona liberis substituere plerūmque censeri, quę nimirum a quovis illorum proficiuntur. Quid ergo? Anne h. l. Substitutionem uxoris sv. matris, in universa filię, mente captę, hereditate factam, non æque in mariti ac suis propriis Bonis valituran dixeris? Certe haud parum a me inter ceteros dissentire videtur Illustr. atque Magnif. Dn. H E N R I C U S de B O D É N in Addition. ad Meditationes Inſtit. Jur. Illustr. Dn. de RHEITZ. Disp. "XV, de Substitutionibus, ad Post. XVIII. Hic enim postquam non ad eo expeditum esse dixit, an utriusque Parentis Substitutione prorsus aqualem habeat effectum: cum haud exiguus patria potestatis sit effectus in Substitutione Pupillari, sic etiam in Quasi-Pupillari ad exemplum illius majorem liberis substituendi competere facultatem patri, quam matri, jam ulterius pergit: Si matris tamen substitutione simul interveniat, harmonia juris inconveniens est, ut NB. ultra propriam hereditatem de mariti sui bonis disponere posset.

Atque hoc quidem recte! reque in se atque simpliciter spectata, ipse edecumata eruditio nis Viro lubentissime aſtentior. Quid si autem mater IPSA a marito liberis, mente captis, fuerit substituta? Nonne hoc postea per aliud iterum Testamentum in bonis liberorum paternis æque, ac in suis propriis, moritura substituere valet? Res/p. Hoc ipsum est, quod ego omnibus animi viribus, exceptionem quippe a regula faciens, hactenus contendere allaboravi. Non igitur hic procedit dicta illa obiectio simulque communis ista Dd. sententia de distinguenda utrinque Parentis, circa propria cujusque Bona hereditaria facta, substitutione; quia, si NB. unus Parentum ab altero in hujus Bonis IPSE liberis ut heres substituatur, eo fortiori deinceps Juris vinculo supersiti Parenti, hæratione substituto, non de propriis modo sibi condere testamentum, in eoque liberis dare substitutum, sed etiam in alterius defuncti Parentis Bonis eidem iterum substituere licebit. Sic ergo mater in nostro casu, tanquam IPSA a marito in filiæ bonis paternis substituta, huic iterum cum suo testamento in iisdem quoque bonis substituere recte omnino poterat, prout supra jam aliquoties, præsertim in responsione ad Quæst. L demonstratum ivi, plures quippe adhuc rationes inibi emeditatus; Cum qua etiam conf. Responſo ad Obj. I. n. 2. Sed si e diverso mater non  
IPSA

IPSA a marito, verum alia conjuncta sive extranea persona (*id enim Testator, Curtius, utique facere potuisset, ne quidem querela inofficiosa hoc etiam Casu matri competente, d. L. 9. C. d. impub. & al. subst.*) filia substituta fuisset; tunc omnino matris Substitutio, *pro vulgo recepta Dd. opinione*, in Bonis ab ipsa tantum profectis valeret, cum hac ratione mater nullum in mariti, consequenter etiam Lucilla Bona paterna, jus habuisse, adeoque ea, quae ipsa nunquam jure aut spe esset habitura, per substitutionem, vel quovis alio inter vivos transferendi modo, alteri dare nequiret, immo nec spem sic transmittere posset. *Nemo enim plus commodi suo heredi (aut etiam substituto) relinquunt, quam ipse habuit.* L. 120. ff. de Reg. Jur. conf. L. 20. pr. ff. d. adquir. rer. Dom. it. L. 54. ff. d. R. J.

Verum enim vero (*ut crambem bis ac ter quidem coctam, at novo subinde distinctionis condimento preparatam apponam*) hic concurrit in matre & substitutio passiva, (*b. e. qua in ipsius favorem a marito prius fiebat.*) & activa, (*scil. ab ipsa matre sive uxore deinceps facta.*) Cum haec mater jus suum ex Substitutione passiva impetratum simul transferrebat, vel saltem spem hereditatem filiae paternam una cum bonis maternis consequendi, Vitrieo transmittebat. Ut inde prior a marito (*Curtio*) facta substitutio, morte licet uxoris ante filiae obitum subsecuta, non penitus tollatur, sed ex uxoris deum testamento, mediante alia substitutione, ad effectum perducatur, atque sic tanquam ulterius extensa tam ex uxoris expressa, quam Curtii (*mariti*) praesuma voluntate, (*quippe qui liberam nec restrictam iterum substituendi facultatem uxori tribuisse creditur,*) rata atque firma maneat.

Cum itaque mentem meam circa utramque a Lucilla Parenibus factam Substitutionem adversus communem Dd. opinionem, bene quidem alias sese habentem, explicaverim, exceptionemque a regulâ in prælenti Casu ubivis statuerim, ad ultimam, quam testamenti materni afferunt oppugnatores, objectionem me demique sum conversurus:

### OBJECTIO III.

Si Testatoris tantum est, hæredi bis vel ter, aut sepius substituere; sequitur, Curtium, cum filia semel tantum, sc. matrem,

trem, nec vicissim matri alium substituerit, tacite hinc voleuisse, ut, si mater substituta heres Lucillæ non sit extituta, aut quidem existeret, sed ante filiam moriretur, reliqui heredes ab intestato filia, mente capta, unc succederent.

### (Extensio hujus Object.)

Denn so sprechen des Curtii übrige Freunde und Ansverwandte, welche seiner Tochter gerne ab intestato succediten möchten, folgender Gestalt:

"Curtius, der testirende Vater, hätte zwar leicht bey sich voraus erwart können, daß die von Ihm substituirte Mutter noch vor seiner im Kopf verrückten Tochter sterben dürfste, welchen falls Er denn gar wohl niemand anders (so Er gewollt hätte) seinem Eheherrn, folglich auch der Tochter, wiederum substituiren können. Allein, so hätte es ja die klare præsumption, der zuwillen Vater habe die Hoffnung, zu der Tochter väterslichen Erbschaft zu gelanzen seinen übrigen Freunden (so anderst noch welche vorhanden, welches sich zwar aus Oberzählem Casu einiger massen schließen läßet, doch aber auch von den haeredibus ab intestato linea materna verstanden werden kan,) nicht gänglich benehmen, sondern vielmehr stillschweigend haben wollen, daß im Fall die Lucilla tanquam mente capta in solchem Zustande sterben, auch die Mutter so dann nicht mehr im Leben seyn würde, jene (die Ansverwandte) seiner Tochter vor allen andern in bona paterna succedieren solten. Ferner:  
 "Weilen vermutlich Curius nicht zu dem Ende sein Eheherr der Tochter substituiert, daß selbe ad secunda vota schreiten, und ihren andern Mann (den Vitrium) wüllen wieder substituiren: mitin das väterliche Erbguth extra familiam und auf leglichen extraneum kommen lassen solte; So hätte er hingen diefe seine Ehe-Frau bloß und alleine wegen allzugroßer Liebe, so Er gegen Sie gehabt, der Tochter zwar zum Nacherben eingesetzt, doch so, daß Er zugleich auch auf den etwa sich ereignis-

nenden Todes, daß der Mutter vor der Tochter nothwendig,,  
mit-gesehen haben muß, anerwogen sich die gedachte Substitu-,,  
tio selbst auf den Casum: si filia, tanquam mente capta,sit,,  
NB. ante matrem deceffura, (tunc mater scil. heres esto!),,,  
gründet. Ut enim aliquis Substitutus Instituto succedere pos-,,  
sit, necesse est, ut heres Institutus ante Substitutum moriatur, sic,,  
que Substitutus adhuc supersit; (wie dann in Deductione Ob-,,  
ject. I. p. 19. & seq. mit mehrerm gezeigt worden.),,

„Gestalten nun aber die substitutierte Mutter vor der instituit-  
“ren Tochter gestorben; also fände ja allerdings obbesagte prä-  
“sumtion, daß düssfalls die heredes ab intestato succedi-  
“ren solten, statt.

Sed ad hanc, cum pluribus adhuc consociatam cumulata inque  
Objectionem hoc ordine

### R E S P O N D E O:

I. Præsumendum potius esse, quod, cum Pater Lucillæ matrem  
ipſi tantum, nec viceſim matri alium ſubſtitueret, eundem hinc jam  
præcivile oporteat, matri quoque, vi Legis Humanitaris, liberis, men-  
te captis, ſubſtituendi competere facultatem: adeoque ipsum tacite  
ſuę uxori permifſe, de utraque in testamento materno diſponere ha-  
reditate, nec non Lucillæ aliam in bonis ipſius paternis iterum ſubſtitu-  
te personam.

Hat also gar nicht die Meynung, als wenn Curtius seinen übrigen  
Befreundten noch einige Hoffnung zu der Tochter väterlichen  
Erb-Gut hätte machen wollen. Ratio: Well ohne dem, wann  
NB. die im Kopf verriete Lucilla vor ihrer Mutter in ſolch ver-  
wirrem Zustande geſtorben wäre, dieſe hernach die ganze Vä-  
terliche Verlaſſenſchaft jure ſubſtitutionis vor ſich alleine bekom-  
men, auch Sie hiernechſt mit ihres Mannes von der Toch-  
ter ererbten Gütern noch bei Lebzeiten hätte machen können, was  
ſie gewollt, mithin Ihr (der Mutter) unbenommen gewesen wäre,  
bemeldte Bona extra Curtii familiam zu veräußern, oder dar-  
über nach eigenem Gefallen wiederum zu teſtiren.

II. Curtium, si voluſſet, ut reliqui ab intestato heredes ipſe au-  
ſiliis

filiae, mente capite, extraque usum rationis decedenti, uxore autem tunc temporis jam ante defuncta, succeederent, id lane in suo testamento non tacuisse, sed expressis omnino verbis disposuisse, & forsitan hoc modo:

“Lucilla, meine zwar elnige, aber im Kopff nicht allzurichtige Tochter soll mein universal - Erbe seyn, doch dasz meine Frau, falls Lucilla in solch verwirtem Zustand sterben sollte, ihr einig und allein als Nach - Erbe substituirt seye. Würde aber (quod probe notandum) meine Frau (oder respective die Mutter) noch vor meiner Tochter Lucillen mit Tode abgehren und also nicht ihr Erbe seyn können; So will ich NB. zugleich und eventualiter, loco der Mutter, meinen (v. gr.) Bruder (oder Vaters Brudern etc. sive quemcumque alium) Lucillen substitutet wissen; (Oder, so sollen meine übrige Befreundre und Anverwandte mit einander, oder aber diese secundum graduum proximitatem, meine Tochter erben.)

Cum itaque Curtius substitutae matri non expresse alium iterum substituerat, sequitur etiam ex hac ratione, testatorem potius (*uti jam monitum*) matris ulteriore, sibi Lucillæque substituendi, reliquisse facultatem; quandoquidem & ex ipso Humanitatis Lege jus matris prius competebat. Et lane, (*ut justas apius repeatam.*) dicta notabilis Lex propter generaliorum sensum & conceptum ad universam Lucillæ hereditatem, paternam æque ac maternam, in Substitutione matris activa extendenda venit, idque eo magis, cum maritus specialiorem ultioremque Bonorum suorum dispositionem non apposuerat.

III. Maritum (*Curtium*) ea propter lux Uxori ad secunda transire vota nec prohibere voluisse, eumque hinc optime prævidere potuisse, uxorem de filiæ præmorituræ Bonis paternis, jure Substitutionis passivæ ad ipsam tunc devolvendis, quomodo cunque vellet, iterum esse testaturana, quin immo pro lubitu eadem adhuc inter vivos ad extraneas transferre posse personas.

Gleichwie Sie (die Mutter) auch NB. in diesem Fall, wann zwar Lucilla zuvor gestorben, jene aber niemahls von ihrem ersten Mann, dem Curtio, der Tochter substituirt worden wäre, die jedoch noch von Lucillen ipso jure successionis ab intestato ererbte väterliche Güter

der auf ihren andern Mann, (den Stief-Vater,) mit allem Recht schon dagumahls hätte bringen können. Ceterum, deficiente descendientium atque collateralium ejus, cui quasi-pupillariter substituitur, ordine, devolutio hereditatis ad ipsum vitricum auspiam interdicta legitur. v. CARPZ. P. 3. C. 8. D. 15. LAUTERB. ad tit. de Vulg. & Pup. Subst. POMERESCH. in Tirocin. Jur. b.t. §. 1 p.m. 415. Et quamvis Vitrixi persona in jure sit odiofa, odia tamen magis restringenda, quam extendenda veniunt. c. 15. R. J. in loco. conf. STRYCK. ad Lauterb. verb. vitricum. Denique

IV. Nullam plane contra istiusmodi Parentis testamentum cæteris ab intestato alias successuris cognatis inefficiosi competere querelam, sed notabiliter in d. L. 9. C. de impub. & al. subst. ipsis denegari, cum ad exemplum Substitutionis Pupillaris Lex modo citata Parentibus haud minimam liberis quasi-pupillariter substituendi libertatem indulget, heredesque ab intestato excludendi licentiam singulariter illis permittat, ad certas easque paucas duntaxat perlona hanc ipsam restringens, videlicet, ut Parentes suorum, quibus hec modo substituere velint, liberorum descendentes (b. e. nepotes &c.) aut, his non existentibus, illorum collaterales (b. e. reliquos liberos) ante omnes substituant, his vero quoque deficientibus, quoscumque demum voluerint. cf. ea, que ad Quesl. 3. p. 18. it. in Annotat. 3. p. 14. supra dixi.

Et quo magis hæc, rigida licet, substituendi libertas excludendique licentia excusat, considerandum, Parentes non tam sibi, quam poties liberis suis mente captis, aut alio corporis animique morbo laborantibus, heredibus quidem institutis, sed ob ejusmodi notabile vitium iterum testari vel plane non valentibus, vel peculiariter Lege prohibitis, testamentum facere, ut hinc idem sit, ac si tales liberi sibimet ipsis testamentum condidissent. arg. L. 8. §. 5. ff. d. Inoff. Testam.

Atque hæc fuit, Catissime Nomophile, quæ pro Instituti ratione in præfens tractasse sufficiant. Restarent quidem adhuc nonnulla ad hoc Substitutionis genus dicenda, v. g. quod hæc Substitution Exemplaris etiam ad furiosos & prodigos, itemque mutos & furdos (natura scil. simul tales) porrigi possit; recte omnino judicante Arnoldo VINNIO, JCto consummatissimo pariter & subtilissimo, in Comm. ad Inst. §. 1. t. d. Pup. Subst. n. 3. p. m. 359. contentientibus pluribus aliis, v. g. LUDW.


*in Tr. d. Ult. Volunt. Part. 2. C. 2. p. 307.* SCHILT. *in Inst. Jur. d. t. n. 2. p. m. 267.* & *in Epitome Jur. Priv. p. m. 31.* LAUTERB. *in Comp. ff. eod. t.* STRYCK. *ad Laut. b. t. v. prodigis p. m. 594.* & *Disp. d. Jure Substit. cap. III. § XI.* & *in Tr. de Jur. Sens. Diff. 4. c. 3. num. 57.* & seqq. STRUV. *in Synt. Jur. Civ. Ex. XXXIII. tb. 36. p. m. 267.* MENCKEN. *in Traet. Synopt. Pand. p. m. 404.* & *in Select. Controv. Disp. XII. § XII. p. m. 185.* HOPP. *ad Inst. p. m. 416.* KLEIN. *ad Schopff. Synops. f. Pr. t. d. V.* & *P. S. p. m. 450.* Licet e diverso HUBERUS omnium maxime dissentiat, quem videsis in *Prelect. ad Inst. b. t. n. 5. p. m. 187.* Ad cuius tamen sententiam Magni quoque Nominis JCTum, intelligo autem Illustr. THOMASIUM, minime accessisse, pater ex ejusd. Position. Huberian. *Contrat. secund. Instit. d. t. in Schol. ad §. 101. p. m. 122.* remittentem quippe Lectorem ad ea, quæ ad Strauch, *Diff. IX. tb. 29 p. 112.* jam dixerat.

Et quidem, quod ad furiosos attinet, probabile mihi videtur, Imperatorem appellatione mente captorum non tantum mente captos in specie dictos, ( quos alias à furiosis diversos esse constat *ex L. 25. C. d. Nupt.* ) sed etiam furiosos, qui sc. cum rabie & effrenata ira infaniunt ( secundum STRYCK. *in Diff. d. Jure Substit. Cap. III. § XI.* ) intellexisse. Idque tum propter rationis identitatem, quoniam furiosus & que ac mente captus testamentum ipse facere nequit ; tum etiam, quod mente captorum appellatio generalis & multiplex sit, atque in dubio quoque furiosos similive vitio laborantes contineat, praelertim cum ex sensu *L. 9. C. d. impub.* & al. Subst. id eliciatur. ibi : *perpetuo mente captus.* Sed utut in *d. L. 9. C. de mente captis in specie sermo* sit, interim tamen a minori ad majus recte argumentari licet. Est enim furor maximus infanæ gradus, quo sane non hominibus similes sumus, ut hinc *d. L. 9.* omnino ad furiosos spectet. Quid? quod etiam peculia reæ, nec minus notabilem, immo noviorem Constitutionem Justiniani inveniamus in *L. 7. §. 8. C. de Curat. fur.* quippe quæ necessario ad Legem *9. C. d. t.* jam antea ab Imperatore latam referenda esse videtur. Ibi enim expresse inter alia legitur: *quod successio furiosi, siquidem in furore dicim suum finierit, vel ad ejus substitutum vel ab intestato heredes deferri debeat &c.* Quid inde consequitur? & a quo talis furiosus substitutum acciperet? Certe a nemine alio, quam a suis parentibus,

tibus, qui vigore *L. Humanitatis* g. C. d. t. omnino liberis mente ex-  
ptis quasi - pupillariter substituere possunt. Extraneus enim ipsis non  
sic substituere valet. Ceterum de extensione Substitutionis hujus quasi-  
pupillaris ad prodigos, mutos & surdos &c. conferri etiam potest  
*STRYCK.* in *Diss. d. Jur. Subst.* cap. III. §. XIII. & XIV.

Sed quum haec aliaque ad præfatum Catum nil vel parum faciant,  
idecirco non amplius iisdem immorabitur sed omnino hic subsystemus  
in spem tamen venientes, fore, ut nihil adversus ea, que modo di-  
ximus, excipendum amplius sit relictum.

## T A N T U M.



E 2

SUM-

# SUMMARIA CASUS SUPERIORIS DECISIO.

**S**Uccedit E, jure Substitutionis (*a matre filia mente captæ factæ*) VITRICUS cum in Privignæ Bona Materna, tum etiam Paterna, v. Resp. ad Quæst. III. in verb. verum enim vero Et c. p. 17. exclusis ceteris omnibus Curtio Curtiæque ab intestato alioquin successuris agnatis atque cognatis, ne quidem querela inofficioſi testamenti secundum sapissime adductam L. g. C. d. impub. Et al. Subſtit. ipſis relictā v. Rēſponſ. ad Objecṭ. III. num. IV. p. 33.

Modo omnes Facti circumstantiæ rite ſe cæteroquin habeant;

*Et quidem in Bona Privigne*

## I. PATERNA: quia

a) nec ex filia descendentes adſunt, nec ipſi collaterales germani existunt, quos, ſi ad eſſent, d. L. g. C. præcipue & primo loco ſubſtitui vult. Porro

b) quia (*nisi contrarium aliunde probetur*) & in his mater Vitrius ſubſtituſe creditur, ſubſtitutione generaliter & in universum concepta, prout fensu verborum, in teſtamento materno exprefſorū, ſatis clare & perſpicue monſtrat. v. ſupra pag. 18. Et ſeq. conf. Resp. ad Objecṭ. I. membr. 3. pag. 21.

2) Quod autem h. c. mater in defuncti mariti Bonis, (*cum ipſa in hiſ anteſ fuerit ſubſtituta*,) aliam itexum personam ſubſtituere queat, affirmat Resp. Quæſt. I. p. 16. Licet alias cuiusque Parentis ſubſtitutio in hiſ tantum Bonis valere dicatur, quæ à quovis illorum ſunt profecta. v. Obj. II. in primis vero Rēſponſ. ad eandem p. 28.

## II. MATERNA: quia ſcil.

a) Teſtamentum a Curtii uxore, h. e. mātre, compositum PRIMARIO hæreditatem Lucillæ maternam respicit, SECUNDARIO autem atque implicite Bona quoque filiæ pater na complectitur, v. Rēſpo. Obj. I. membr. 3. circa fin. pag. 21.

B) Quia

**B)** Quia non minus ab initio supponebatur, Liberos ex secundo matrimonio, adeoque fratres & sorores unilaterales (*b. e. uterinas*) Lucilla haud extitisse. *conf. Resp. Quest. III.*  
*in verb. verum enim vero* *Sc.*

Quod reliquum est, satis expeditum habetur, heredem testamenterium, (*cinq̄ substitutum*,) legitimos omnes excludere. *L. 39. § 70. ff. d. acquir. hered.* Imitante etiam hac ratione Substitutione Exemplari illam, quae Pupillaris nomine venit. *conf. Resp. Quest. III. verb. ceterum* *Sc.* atque quasi-pupillaris sive ejusdem exemplaris principium, fons & scaturigo optime salutari meretur.

Tandem in nostro quoque casu Substitutus (*Vitricus*) Substitutus (*matri*) est etiam Substitutus Instituto, (*Lucilla*) *arg. L. 27. ff. d. Vulg.* *& Pupill. Subst.* Licet Substitutus primus (*mater*) ante Institutum (*Lucillam*) decesserit. *arg. §. 3. f. d. Vulg. Subst.*

## USUS HODIERNUS.

**H**odie Substitutionis Pupillaris & Quasi-Pupillaris (*sv. Exemplaris*) Ulus non est in omnibus locis, regulariter tamen *eadem* pro abrogata non est habenda, *a. l. 27. C d. testam.* atque ita substitutiones adhuc in Frisia, prout illustrē quondam Belgii fidus, communisq; ipsius Praeceptor, ULRICUS HUBERUS testatur, obtainent; Quemadmodum & jam ante Excellentissimus pariter & famigeratissimus Batavus atque West-Frisia JCtus, ARNOLDUS VINNIUS, *in Commentario ad Inst. §. ult. n. 2. p. m. 369. b. t. id ipsum* comprobavit, ad quem etiam laudatus HUBERUS inter alios tunc temporis Dd, *in suis Praelectionibus, tit. d. V. & P. S. n. 13. p. m. 259.* provocavit. Quod itaque ad Substitutionem Pupillarem attinet, de hujus in Frisia Ulu Idem Vir Celeberrimus *in Praelect. ad Inst. b. t. pos. ult. p. m. 189.* mentionem facit, exterum non. Ulum moribus hodiernis ex duplice ratione ibidem ostendere conatur, sicut quoque *in Praelect. ad Pand. l. c. ab ipso factum legitur.* Ad quasi-pupillarem quod spectat, de hac eleganter admodum *diēto poster. loco* Idem Clariss. Autor scripsit, ut hinc propriis ipsius verbis uti non sit, quare erubescam. Leguntur autem ita:

E 3.

Cum

"Cum hec facta sit ad exemplum & per consequentiam Pupillaris, non est ambigendum, quin ubi hec cessat, ibi & Exemplaris evanescat; sola fidei committendi licentia Parentibus in universum relata. (Contra:)

"Ubi Patria potestas cum effectis suis principiis adhuc superest, cur ibi illa Virtus pupillaris & exemplaris substitutionis sublata dicatur, nihil est causa; quemadmodum usus ejus apud nos indubitatus est.

*EPICRISIS in HÜBERI de Usu & non - Usu Hod. sententiam.*

Sed unicum hic notandum fisto, Illustrum nempe HUBERUM vel plane aliam de Substitutione Exemplari sovere sententiam, (quod ipse tamen non crederem siquidem contrarium aliunde constet,) vel (quod magis putarem) diversum verborum ipsius esse sensum atque conceptum. Sic enim cuidam videri potest, non recte a patria potestate ad substitutionem exemplare inferri conclusionem, quod, ubi scil. patria potestatis effectus adhuc superessent, ibi quoque virtus substitutionis quasi-pupillaris non sublata censeatur. Nam quid, queso, substitutioni exemplari cum patria potestate? In Pupillari quidem Subst. patria subinde respicitur potestas, non item in Substitutione quasi-pupillari. Atque cum patria potestas nunquam in sexum sequiorem cadere in Jure dicatur, §. 10. J. d. Adopt. §. 3. J. d. hered. Qual. & Diff. L. 4. §. 2 ff. d. Bonor. Poss. contra Tabb. hinc etiam mater & avia liberis quasi-pupillariter substituere omnino hac ratione prohiberentur; quemadmodum etiam ipsis pupillaris substitutio in universo Jure denegatur, v. HARPPRECHT ad Pr. J. d. P. S. n. 7. seqq. VULTEJ. ibid. n. 4. SCHNEIDEW. n. 8. BERLICH. Decis. iii. num. 1. & 2. HAHN, ad Wefenb. t. d. Legat. 3. in f. CARPL. P. 3. C. 8. D. 16. nihil obstante L. 33 ff. d. V. & P. S. vid. HOPP. Comm. ad Pr. J. d. Pup. Subst. n. 1. & STRUV. Evolut. controv. Exerc. XXXIII. Thes. XXIII. p. m. 488. At vero, dum matris & aviae non minus postea, liberis, mente captis exemplariter substituere, permittebatur, id sane non patria potestatis respectu, sed humanitatis atque pietatis intuitu, imo ex singulare plane Imperatoris privilegio & concesione consecutae intelliguntur. pr. d. L. 9. G. d.

*C de impub. & al. Subst. ut proin omnis patria potestas recte omnino hic exulare dicatur. Ad hæc tamen substitutio exemplaris in hoc vel illo loco ulu adhuc servari potest, licet præcipui patriæ potestatis effectus, (quælis utiq; Substitutio Pupillaris habetur,) non amplius ibi superstites sor- rent, ut inde quoque nulla necessitas inducatur, quod ubi Substitutio Pu- pillaris in desuetudinem abierit, ibi & Exemplaris evanescere de- beat. Atque quo magis sententiam meam præjudicio aliquo corroborare queam, evidentissimum hujus rei exemplum VINNIUS in Comm. ad Inst. §. ult. n. 2. verb. ceterum &c. p. m. 369. & seq. mihi propinavit; ubi, postquam inauditum esse dixit, patrem filio mente capto ea sub-stitutione, quam ad exemplum pupillaris Justinianus introduxit, te-stantum facere, eique heredem dare, simul nobis refert: Curiam Hollandie hoc non obstante ejusmodi testamentum rescindere noluisse, eo quod, uti allegebatur, exemplaris substitutio neque (tam) libera sit, neque à vi patriæ potestatis, ut pupillaris, pendeat, sed in sola Huma- nitate fundata sit: Curiamque pro testamento etiam postea pronun- ciasse. Hucusque VINNIUS l.c.*

Non igitur est consequentia, (quod tamen HUBERUS innuere videtur,) dicendo: ubi præcipui patriæ potestatis effectus adhuc super- sunt, ibi & substitutio pupillaris & exemplaris; etenim de illa tan- tum dicta conclusio valet, non vero de hac. Neque etiam est, cur à pupillari ad quasi-pupillarem h. l. inferre, sive ab hac necessitate alteri afferre debeamus, quandoquidem Exemplaris Substitutio absque receptione Pupillaris bene omnino consistere valet. Præterea Styli Huberiani non satis gnarus facile ex iisdem verbis colligeret, ac si ipsa Substitutio exemplaris ejusmodi Patriæ Potestatis haberetur effectus. Sed quicquid sit, clarius saltem dictum existimat: Ubi Substitutio pupillaris (tanquam utique signum & character vel portio rude- rum vetustissimæ illius Quiritium patriæ potestatis) adhuc superstes, usque servatur; ibi etiam procul dubio & per consequentiam Substitutio quasi-pupillaris obtinebit. Nam ubi illa, ibi certe etiam hæc, sed non vice versa. Atque sic certe non neque periculosa ac lubrica nasceretur conclusio, uti ex premissis ab HUBERO adductis facilime ins- fertur.

Nemo tamen putet, ac si propterea magnifico Huberiano No-  
mini

mini vel ad minimum insultare, beatosque ipsius manes vano ac temerario litigio inquietare velleat, *siquidem*, (bene judicante Illustr. THOMASIO in Praefat. ad ipsas HUBERI Praelectiones.) siud non solummodo foret, sed & tale, quod sane ubique vindices, Viro Illustri non quam defuturos, accerrimos inventiret, hos ausus quavis data occasione abunde coercituros. Enim vero id ego duntaxat ostendere volui, quam facile aliquis de ista HUBERI sententia dubium mouere, atque Illustr. Virum non ubivis in suis Praelectionibus adhibita perspicuitatis (licet perperam saepius) infamulare posset.

Atque ut rem paucioribus nunc tandem conficiam, dico:

*Ubi materia substitutionum adhuc valet atque vigeat, ibi queque casus occurrentes ex illis, quae in Jure Civili proposita sunt, decidendi veniunt, cum quod non mutatum, cur stare prohibatur?* L. 27. C. de Testam. conf. HOPP. Comment. ad Inst. t. d. Vulg. Subst. in Usu Hodier.

Sic etiam illustris modi Catus, quos CARPZOVIVS in Definit. Forens. ex Actis refert, ex Jure Civili mere quandam decidebantur. Notari autem inter alios meretur Catus in Defn. XIII. P. 3. Const. & a laudissimo CARPZOVIO adductus, quippe qui Substitutionem Quasi-Pupillarem, sive Exemplarem tam clare atque perspicue exhibet, ut Jus Civile Justinianum in hac materia strictius observari non potuerit. Immo consentit Magnif. Dn. Lüder. MENCKENIUS in Usu Theoret. Pr. Pand. t. d. Vulg. § Pup. Subst. § XIII. p. m. 899. ubi, quod in hac ipsa Substitutionis Quasi-Pupillaris materia ab Inclytis Facult. Jurid. Lipl. M. Jan. 1714. pronunciatum fuerit, Vir Consultissimus commemorat. Quemadmodum etiam in eadem causa Inclytam Facult. Jur. Lipl. M. Febr. 1716. novissime judicasse, idem Dn. MENCKEN. alibi testatur.

Quo vero Usus Hodjernus harum Substitutionum, praesertim quasi-pupillaris sive exemplaris in foris Germaniae adhucdum conspicuus, prajudicio aliquo recentiori comprobetur, en! Casum eundem, qui mihi ad decidendum proponebatur, in terminis nunc evolvamus. Postquam enim supra citatas Illustr. Dn. BODINI Additiones ad Medi-

**Meditationes Instit. Jur. Illustr. Dn. de Rheiz.** mecum comunicari ab amicorum quodam petieram, in Disput. XV. de substitutionibus, Pos. XVIII. idem (uti jam dixi) casus in oculos mihi statim incidebat, quo conspecto Sententiam quoque super hunc ab Inclita Facultate Jurid. Halen. latam, meæque qualicunque Decisioni haud absimilem reperi, quamvis à communis nostra opinione Excellent. Dn. de BODEN longe recesserit. Hinc forsitan est, ut praesens Casus ex dictis ADDITIONIBUS BODINIANIS descriptus exercitii gratia mihi perpendendus committeretur, quemadmodum etiam diversam Magnif. Dn. BODINI de hac Substitutione Exemplari materna opinionem, responsionis loco ab amatissimo Nomophilo nuperime hic mihi misit, d. l. inveni, ad quam tamen modeste supra pag. 28. respondi. Et quia jam inclita Fac. Jur. Hal. pariter in favorem substitutioni Vitri ci prouinciatavit, similesque allatis rationibus rationes procul dubio adduxit; ad firmandam meam sententiam notabilem hunc casum ex ipsis ADDITIONIBUS Dn. BODINI, cum non in omnium manibus sint, non possum non verbotenus excerptum communicare. Leguntur autem verba in cit. Disp. XV. ad Pos. XVIII. ita :

“Sic casu existente, quo pater filie unicæ mente captæ uxorem suam, hujus filie matrem, substituerat: hec autem, postquam secundo “viro nupererat, & hunc dictæ filie sue subli. erat, ante institutam filiam moriretur, evinciente poſta morte mente captæ, cum consensu aliorum Collegiorum Juridicorum Dn. Praeses (i.e. Dn. BODINUS) existimatavit, ad vitricum defunctæ non alia quam uxoris bona devolvit: bona vero paterna, in quibus NB. casus Substitutionis non extiterat, hereditibus ab intestato relinquenda esse, licet post VASQU. de Succff. Progress. L. 2. §. 17 n. 39 seqq. per majora dissentierit Colleg. Inclita hujus Facult. Jurid. (Halen.)

Atque hic casus modo recensitus cum nostro in omnibus & singularis circumstantijs rotanter convenit, ut etiam non noviter demum fidem, sed in melior em duntaxat ordinem redactum, aut in certa membra divitum crederem,

E

Sed

Sed quiequid sit! Perspicere ex his unusquisque potest, materialia  
Substitutionum in foris qq. Germaniae non prolus eliminata, atque  
proscriptam esse, sed in plurimis etiamnum locis, præfertion in Saxo-  
nia, frequenter occurrere; Quemadmodum & in Ducatu Würtember-  
genfi Substitutiones, in primis Quasi-Pupillaris iv. Exemplaris, adhuc  
Iustineri, auctor est LAUTERBACH in Colleg. Pratt. perlat. cit.  
*Jus Provin. Württembergisches Land Recht.* Licet e contrario multi ha-  
cce ceu non amplius receptas, sed ubique fere hodie inusitatas, quin  
potius incognitas judicent. At vero hoc nunquam mihi persuaderem,

Quamvis enim casus hodie existant rariores, abrogata tamen

ideo Substitutionis jura illico dicere non  
licebit.





Uod præstant alii in cathedra, TU,  
suavis Amice,  
Egregio scripto prætas, laudemque  
mereris.

Sufficit haud TIBIMET, tantum dis-  
quirere Leges,  
Jura subinde studes ficto connectere Facto.  
Hoc docuit dudum Te summus in arte peritus  
Juris Consultus, MENCKENIUS ille celebris,  
Monstrans, qua possis ratione evolvere Jura,  
Nucleus & qualis quæratur, cortice fracto,  
Quodque omnis Juris pars Praxi constet in æqua.  
Gratulor inde TIBI Specimen, plus quam Juvenile,  
Sitque penes PATRIÆ PATRÈS TIBI gra-  
tia major!  
Atque sequi largam messem jam crede laborum.

Hic  
AUTORI NOBILISSIMO,  
in spem Patriæ  
atque solatium  
Summe Venerandi Dn. Parentis  
nato,  
Amico suo conjunctissimo,  
de edito solidioris doctrina  
specimine  
gratulari voluit

M. MATTHÆUS HONOLDUS,  
Ulmensis.

**U**nica pars docuit, quam sis perfectus in arte  
Juris, & in reliquis non minor esse potes.  
*Singula cum prosint, quantum Coniuncta juvabunt?*  
De Studiis Themidos Vox erit ipsa Tuis!

Ita

Nobilissimo atque Doctissimo  
DNO. AUTORI  
ex sincero amoris affectu  
applaudere,  
HALÆ SAXON. inque perpetua amicitia tesseram  
Calend. Augusti. lineas hæc per paucas mittere studuit  
1720. NOMOPHILUS,

ERHARDUS CHRISTOPHORUS Baur,  
Ulmensis.

**T**E Studiis Juris nunquam non incubuisse  
Haec tenus ardenter, detegit hoc Specimen;  
Hinc laudanda, precor, cedant Conamina porro  
In Famam Tuimet Nominis atque Decus!  
Tunc etiam poteris & Amicis edere magnas.  
Utilitatis opes, & pariter Patriæ.

Gratulandi animo Votum Ciceronis commune L. 1. de orat.  
in Notis VINNII ad §. 7. proem. Instit. adductum,  
carmenice adponere voluit  
Nobilissimi DNI. AUTORIS  
Contubernialis

ERNESTUS SEBASTIANUS DE AHN<sup>A</sup>,  
Meno-Francofurt.  
J. U. C.












Kf 1521







PROBLEMA JURIDICUM,  
CONTINENS  
C A S U M  
THEORETICO-PRACTICUM,  
EX MATERIA  
SUBSTITUTIONIS  
QUASI-PUPILLARIS  
S I V E  
EXEMPLARIS  
DE PROMPTUM,  
SINGULARIQUE METHODO,  
*b. e.*  
per succinctas ANNOTATIONES,  
formatas QUÆSTIONES & Responfiones,  
itemque  
OBJECTIONUM noñullarum Solutiones,  
elaboratum,  
atque subnexa in calce  
SUMMARIA CASUS DECISIONE  
pariter &  
usu HODIERNO,  
*Speciminis Loco exhibitum*  
a  
JOANNE ELIA Ringmacher,  
Ulmensi.



*Facilius res est, Legum secundum genuinum ipsarum sensum accurata Interpretatio;  
Difficilior, earundem ad Casus recens quotidie emergentes aqua atque iusta Applicatio!*

LIPSIAE, Typis BAUCHII.

